ſepulchri? THAM. Ignorantiæ texturam dicis, & in ambitu tenebroſo furem inquilinum: ſat eſt. Cæterum quando & otium eſt, & deambulandi poteſtas data: víſne vt reliquo ſermoni operam dantes, ad orci fauces & ſpatia contendamus: nam & hoc, tua, tradentis vmbras, officia fortè etiam requirant: niſi tu quïd aliud malis. MERC. At me ſenatus, & concio iam frequens vocat: eſt enim, ne fortè neſcias, in certi generis feras, rogatio ferenda. Qua in re decernenda, ſolus fortaſsè deſideror. THAM. Quid hîc ad feras? an non in terris, vnà cum corporibus penitus extinguuntur? MER. Certè homines ita exiſtimant: & ſolas tamen feras admittit orcus. THAM. At quotidianum eſt, homines huc deſcendentes

ALEXANDRI DICSONI ARELII DE umbra rationis & iudicij, siue de memoriæ virtute Prosopopœia.

Ad illustrissimum D. D. Robertum Dudlæum Comitem Licestaræum, &c.

Sub umbra illius, quam desideraueram sedi.

Arts 8° D 38.

LONDINI,
Excudebat Thomas Vautrollerius Typographus. 1583.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

ALEXANDRI DICSONI ARELII PRÆFATIO.

AD ILLVSTRISSIMVM D. D. ROBERTVM DVDLAEVM Comitem Liceſtraeum, &c.

TANTVM *igitur*, illuſtriſſime Comes, *abs re tua*, vel publica potiùs, *eſt otij tibi*, vt meam etiam nugantis aſpicias vmbrã? Rides, inquis, vel inſanis: Hoc etenim ſi nugas affers, illud, ſi non affers, conſequi fortè videatur. οὐδὲν ὁρίζω. Sic enim, in huius cauſæ iudicio & æſti-

matione, me nihil potiùs definire deceat, quàm efferentem alioqui, aut contra etiam dissimulantem, vanitatis aut stultitiæ suspectum iri. Si quis enim quæ sua sunt, aut laudibus efferat, aut contra etiam deprimat, vt elegantior scilicet & modestior videri possit: vtrunque esse tumidi videtur. Illud simplicis & aperti: hoc esurientis & ferè malitiosi. Nunc ista qualiscunque meditatio, si tua grauissima negotia reputet, resistat sanè: valdéque caueto, ne si tuam ianuam pulset, ebria videatur. At si mores, si natura spectetur, quem quæso potiùs, quàm communem literarum parentem, philosophica meditatio recognoscat? Ea si tibi ferri posse videatur, quæ sub tui nominis vmbra requiescat, erit quod ipsi gratuler: valdéque

déque contendam, vt memoriæ non ingratæ, argumentum fortè vberius, aliquando feras.

Vale. Cal. Ian.

* *
*

PRÆFATIO.

dèque contendam, vt memoriæ non ingratæ, argumentum fortè vberius, aliquando feras.

Vale. Cal. Ian.

* *

*

* iij

ALEXANDER DICSONVS LECTORI, S.

OVIDNAM esse putem (inquis) in vmbra, lucis? cùm in huius illa quidem horizonte consistat. Certè cum duo sint in rerum natura, hinc ipsa in sua idea memoria, hinc ad eam rationis accessio: illic audentibus esse licet. omnes enim singularem esse memoriæ virtutem sine recusatione fatentur. In altero verò quæstio est. Nam & sit ne rationis hîc vlla potentia, & si sit, quid ipsi primùm inuenerimus requiri possit. Quo loco, qui duriores erunt, ipsi viderint: non laboro. Qui non erunt, aut quæ scient, profiteri volent: aut quæ nescient, à nobis fortasse petenda iudicabunt. Atque vt hominibus istis gratum fecisse videmur, sic illorum animantum genios non moramur. Ergo vt sunt leues eiusmodi homines, & minimè malitiosi, è suis ingenijs, de nostro quoque coniecturam facilem esse præsumant: à medico memoriæ bonitatem petere malint: meam autboris memoriam

requirant: nullam hic artem, vel operosam saltem & grauem esse contendant: denique me vanum, & macri fortasse pectoris hominem. omnia impunè. Neque enim leuium auicularum rostris & impetu commoueri solemus. Verùm istis miseris dimissis, vt ijs etiam elegantioribus amiculis nostris, qui

Priusquam noscere queant, exigunt:

Alterum occurrit genus eorum, qui nimis hæc obscurè à nobis instituta queruntur. Qui, si amici sunt, è circumstantibus rebus causas eruent: si inimicè insectantur, illud audiant Poëtæ:

Ole quid ad te,
De cute quid faciat ille, vel ille sua.

Mea cutis est: mea impensa est: nihil ad Olum. postremò (si noui Zoilum) exorientur & illi, quibus in oppugnando & explicando Socratico fuco, iudicij nostri libertas insolentior esse videatur. esto. quid tum? dum suam vicissim iudicij paupertatem agnoscant. agnoscent, nisi me, propiùs accedere malint. Cæterùm non parum interest, Lector,

Dauúsne loquatur, herúsne,
Maturúsne senex, an adhuc florente iuuenta feruidus.

Etenim

Etenim si quicquam difficile est, Prosopopœia est. Vbi, & videndum, vt personis consonet oratio: & interim verendum, ne tua de conformatione soliciti, persona neglecta sit. Quo loco, quia necessaria contingit interdum ab altero declinatio: certè ad eius, quæ sit inducta, personæ decorum inclinandum potiùs videtur. Hic igitur si minùs à nobis cautum esse veris, ad Prosopopœiæ circumstantias & exigentiam, tum verò etiam ad beneuolentiam tuam prouocare certum est.

Vale.

IOANNES ADAMUS Lincolniensis Lectori, S.

CREBRIS sermonibus tritum est, cãdide Lector, probas & solidas merces, ementientis mercatoris officijs non egere: vt nec vina sincera monstrantis hæderæ prolectamenta requirunt. Hæc igitur, post varios variorum conatus, nunc tandem Dicsoni nostri diligenti & accurata solertia, de memoriæ virtute emersa idea, nullo meo commendantis & efferentis officio, nullis fucis egere videatur. Argumentum enim rarum est, & pulchrum, & vtile: sed hoc omnes sine disceptatione fatentur. Forma item virilis & absoluta: forma philosophica planè. Quippe hîc omnis syllaba, sui momenti: omne verbum, sui sensus: omnis sententia, sui ponderis reperietur. Quid quæris? solidum corpus, non fictam & adumbratam imaginem exhibet. Cùm enim memoriæ bonitas, inductis iam olim literis extincta, nunc tandem ætate nostra cœpisset excitari: sed ita tamen, vt melancolica barbarie grauissimè affecta, & monstrosa specie deformis, indigna generosis

herosis proceis amica videretur: Ecce Dicsonus inuentus est, qui quasi noualem terram aliquam, diuturna aratione, nouatione, iteratione, omnique adeò cultu, & satione dimensam, naturæ sensúsque prioris vigori restitueret. restituit, & magna mortalium vtilitate vulgauit. Sed adeò latè patet ætatis nostræ execrandum monstrum, inuidentiæ rabies, vt nihil vel inuentione rarum, vel artificio politum, in hac rerum vniuersitate reperias, quod non petulanti petatur lingua, rodatur, & laceretur. Quibus pugiunculis, tantum abest, vt moueri possit author: vt eorum potius, plumbeum acumen miserari soleat. At, tu, amice Lector, suauem & amœnam vmbram, atque operæ tuæ precio dignam, gratis, vt aiunt vlnis, amplectere, atque adeò faue. Vale.

* *
*

ALEXANDRI DICSONI ARELII DE VMBRA RATIONIS, prosopopœia.

Thamus, Mercurius, Theutates.

SVNT ista vera Mercuri: nihil etenim, simile est omnibus impari, & vni, ac soli. vnam habet ideam, vnus, vniq; notam: incorpoream quidem illam, at mundi, temporis, & generationis ideas omnes, per corpora prodētem. Et poterit vas cuiusquam, quod sola mente complectimur, imaginatione

prehẽdere? At hæc eſt earum rerum quæ ſub ortum cadũt: & ipſa fortaſsè generatio: vt ne radios quidem tantæ lucis perferre poſſit. Ergo ignorantiæ prauitas terram alluit materiæ ſarcinam baiulantem. Hæc eſt abſoluta malitia. Hæc, ignis pyramidem in cubi ſpeciem transformans, ſuperioribus orbibus non ſinit applicare. At non hîc ſiſtitur. O quam ridiculum! Vna generatio, tempus vnum, & mundus, & œuum: ipſum autem vnum, quotum eſſe contẽderint? Sed viderint: niſi potiùs euomere malint. MER. At immerſas habent in aquas manus. Nam, quem deferunt amictum, quando erit, vt perrumpere velint, aut etiam poſſint? THAM. Amictum? MER. an non dixiſti? aut quotum eſt, quod non ſit in imagine

ſepul-

ſepulchri? THAM. Ignorantiæ texturam dicis, & in ambitu tenebroſo furem inquilinum: ſat eſt. Cæterum quando & otium eſt, & deambulandi poteſtas data: víſne vt reliquo ſermoni operam dantes, ad orci fauces & ſpatia contendamus: nam & hoc, tua, tradentis vmbras, officia fortè etiam requirant: niſi tu quid aliud malis. MERC. At me ſenatus, & concio iam frequens vocat: eſt enim, ne fortè neſcias, in certi generis feras, rogatio ferenda. Qua in re decernenda, ſolus fortaſsè deſideror. THAM. Quid hîc ad feras? an non in terris, vnà cum corporibus penitus extinguuntur? MER. Certè homines ita exiſtimant: & ſolas tamen feras admittit orcus. THAM. At quotidianum eſt, homines huc deſcendentes

videre : feras autem non videmus. MER. Neſcis, ô Thame, neſcis : feræ ſunt, humanam illæ quidem ſpeciem ementientes. THAM. rem incredibilem narras : ſed Mercurio credẽdum eſt. quamuis hoc ad efferatos mores transferri poſſit. perge. MER. nequitiæ quidem regio, terra eſt, & in hypocriſi natura mẽtitur: hominis enim veri forma, mens eſt : quæ vbi materiam ſuſcepit (ſuſcipit autem per animum, & ſpiritu miniſtrante) in lucis vmbra, & horizonte ſedens, ad ipſam inclinat : & ad ea quæ ſub intelligentiam cadunt, & quæ reuera ſunt, conuertitur. Non patitur hic à ſenſibus: ſed materiæ vindicum ſecurus, quaſi ex obſcuro quodam, & nocturno die, ad id quod eſt aſcendere conatur. Qui verò ſuam animam corpore cõſtrin-

ſtrinxerint, & abiecerint, feræ ſunt immanes: quibus de metamorphoſi fortaſsè metuendum. THAM. tenere mihi videor: ſed quos vocas materiæ vindices? explicatiùs, quæſo, hoc. MER. duodenarius eſt, à denario propulſus. Sed properãtem me moraris, curiosè nimis interrogando. THAM. atqui. ſed abijt: & quis eſt iſte? certè Theutates eſt: agnoſco radium, numeros, calculos, teſſeras, & ipſa etiam elementa: totus denique is eſt. Hoc illud fuit, ô Theutates, nempe Deus etiam orcum ſubiſti? THEVT. vtique Deus, ô Thame, Theutates eſt, nec hoc dubitant Ægyptij tui: at ego vmbra eius. THAM. ſed quid interim Æacus? eluſiſti in ſimili, nónne? THEVT. ſic eſt. THAM. prorſus aſſentior: & is es verè.

THEVT. ergo rides, ô bone? at si circa Naucratem esses, de numine nostro, absurdè dubitare, desineres. THAM. certè & nunc etiam absurdè, dubitare desiero. Sed erras: homo es: non: sed fera, vt nuper Mercurium differentem audiui. THEVT. calumniaris, ô Thame. Ergo literarum vsus, ergo Mathematicæ nostra inuenta, feræ tibi vestigia videntur? THAM. de Mathematicis viderit Mercurius: & hîc subesse fortè aliquid possit. Cæterùm de literis, nihil affers. THEVT. at hæc, ô Thame, disciplina, sapientiores Ægyptios tuos, memoriaq; promptiores effecit: memoriæ enim, & sapiẽtiæ pharmacum id inuentum est meum. THAM. at amor tibi pectus obscurauit: at contra tu quidem affirmas, quàm ipsæ

pos-

possint: hæ siquidem, neglecto memoriæ studio, discentium animis obliuionis materiam præbebunt: externis quippe scripturæ formulis confisi, interiores ipsas, à se ipsis recordatione repetere & excolere desinent. Non igitur memoriæ, sed obliuionis pharmacum inueniſti. Accedit alterum, in altera propositi tui parte, non paruum incommodum: neque enim Ægyptijs quondam meis, veritatem sapientiæ, sed opinionem & apparentiam præbuisti. Nam cùm multa sine doctore perceperint, multa quoque scire videbũtur: cùm tamen vulgò ac passim ignari sint, atque in hominum congressu & consuetudine graues & importuni, vt qui sapientiæ opinione, non ipsa sapientia, tuo scilicet beneficio, sint imbuti. Atq; hæc

quidem, me quondam in ciuitate superioris loci, quam vulgò Ægyptias Thebas appellant, tibi hæc ipsa venditanti, respondisse memini: cum tu te iure perculsum, ipso pudore significares. At fuit illud tempus, cùm homines in animo cum scientia scriberent: hic autem quia viuit, iniurias vlcisci potest, nouitque, quæ apud quosque dicenda ac tacenda sint. Tua verò soboles, ab indoctis contumeliosè & iniuriosè tractata, paternum semper auxilium, inanimis illa quidem & ignaua, desiderat. neq; enim acceptas iniurias vlcisci, neque ipsa sibi opitulari potest. Falsò ergo memoriæ pharmacum venditasti: cùm contra reputando, posteros omnes, laudatissimi studij patrimonio exhæredaris. Quid tergiuersaris mi homo? iste

iſte Dei radius & efficientia, an potius immanis feræ (quod initio propoſui) veſtigium videtur?

ALEXANDRI DICSONI ARELII DE RATIONIS VMBRA prosopopœia.

Socrates, Thamus.

VERVM experiar tamẽ. Audiui ô Thame à maioribus, & ipſi verum norant, circa Ægypti Naucratẽ, antiquorũ Deorũ quendam fuiſſe, & ipſi Deo nomen Theutati, cui & ſacra ſit auis quam ibim vocant. tum verò te, vniuerſæ Ægypti regem, multa quidem in vtramque partem, de quibuſdam eius

inuentis cum eo disseruisse: cùm autem ad quęstionem de literis ventum esset, nulla ratione probasse: quòd homines literis confisi, minus memoriæ studerent. THAM. quorsum ista? SOC. Nempe ob eandem causam nihil ipse scripsi. THAM. Fortasse, & quis tu? SOC. Socrates ille, sapientissimus Apolline teste iudicatus. THAM. Ergo tu es Sophista ille quo melius mortales carere potuissent? at errauit, inquis, metaposcópus. non: sed talem descripsit, qualem ciues postea cognitum iudicarunt. At Probauit Apollo. nihil affers, & postea videro. Verùm

Qualia docuisti rudes,
Heu insania tua, ciuitatísque
Quæ te nutrijt
Corrumpentem adolescentulos!

SOC. At hæc sunt Aristophanis, cuius est

est hoc loco, certis de causis suspecta fides. THAM. Nihil igitur illi credatur: ipsi tecum agamus. Nunquid igitur in terris, ô Socrates, insidiator aliquando pro fido, & fidus pro insidiatore habetur? SOC. at meæ sunt, si nescis, interrogantis vices: id mihi semper quasi meo quodam iure vendicaui. Verùm quia metuo Troianos, & præsertim hunc Polidamanta Diogenem, & ne tergiuersari videar, respondebo tamen: sic est. THAM. an non medicus ille, ex leuibus morbis magnos efficit, & populi tamen comprobatione iactatur: alter autem vix habet, qui se fidei suæ credere velint? SOC. & illud. THAM. annon in his, & alijs quoque rebus, qui emerita virtute aliquid cõsequuntur, mendacio ferè debere solent? SOC. For-

taſsè. THAM. annon etiam, vt ait ille,

Falſus honos iuuat, & mẽdax infamia terret?
Quem niſi mendoſum, & mendacem?

Et ille,

Fortis & ignauus parili afficiuntur honore?

An non etiam in iudicibus ſuus quoque contingit error? cùm nihil tam incorruptum eſſe debeat, quàm lata ſententia. SOC. certè: nam & me, licèt innocentem, Athenienſes morte mulctarunt. THAM. an non bonus ille vir, ſceleratus & nefarius putatur? vt inde vexetur, damnetur, explodatur & egeat? contrà autem improbus ille laudetur, colatur, omnes fortaſſè ad eum honores, omnia imperia cõferantur? SOC. Fortaſsè. THAM. annon illi, cum ſit rerum omnium ignarus, populi clamor & approbatio cõtingit? SOC. aſſentior: quanquam & illud ſcio, quem hoc petat. THAM. be-

ne eſt. at hæc & talia humano generi ſunt pernicioſa, nónne ? Soc. ſunt. Tham. at vnde orta ? Soc. à mendacio fortaſsè. Tham. mendaciũ ergo pernicioſiſſimum, vt quo terra vanitatis ſedes eſſe dicatur ? Soc. pernicioſiſſimũ. Tham. at tu, ô Sophroniſci fili, mendacij pater es, & ipſe mendax. Soc. vnde illud ? Tham. quid? Tu ſi æra ſingula probaſti, ſummam quæ ex his confecta eſt non ſoles probare ? víſne ergo, ſi te dati alicuius pœnitet, vt calculum reducam? Soc. captum me, vt video, putas, & id quod nollem fateri coactum. non ſic: ſed vnde eſt inquam iſta complexio ? Tham. quæ tua fuit diſſimulantia ? Soc. non agnoſco. Tham. dic igitur ſapiens fuiſti, annon ? Soc. ſi non? Tham. cur igitur laudatus ab

Apolline? cur cum ſapientibus diſputabas? cur omnes etiam irridebas? diſputabant illi: tu contra diſſerebas: illi affirmabant: tu negabas. Vnde illud:

Verbulis nouis ipſum,
Et ſententijs ſagittabo.

Vt ne hic quidem te contineas: etenim cum Neſtore & Palamede, vt audio, plerunque nugaris. Soc. ſi ſapiens? Tham. cur igitur veritatis omne criterium ſuſtuliſti? cur igitur toties te nihil ſcire iactaſti? ſic enim & pueros omnes, ſapientes eſſe dixeris. Soc. at ſapientiſsimus tamen iudicatus. Tham. fuit ergo diſsimulantia, & habemus quod volumus. Sed erro: vaferrimus enim fuiſti, ac in diſputando veterator, & malitioſus. Soc. homo fui, errare potui.

Tham.

THAM. imò amplius, & fallere consueuisti. sed ne dissimula: nullum hic inuenies diuorticulum fucis: non ipse hoc dissimulat Apollo. at is optimus interpres oraculi sui: constat enim te nulla doctrina, nullis artibus fuisse imbutum. Quod si negas, responde mihi, quot sunt numerorum affectiones? circuli tetragonismus, aut cubi diaplasiasmus, qua fieri ratione possit, ostendito: distingue, si potes, corporum cælestium motus, cælique viam. Quid vis amplius, & quid habes de Deo? quis vniuersa distinxit? Deus notus, an ignotus, in patre, mente, & amore? quæ Dei essentia? efficaciæ? radij? quæ vestigia? quæ etiam vmbræ? SOC. tu si Deus esse posses, qualem te esse velles? THAM. iugulasti me Socrates.

Sed ad citeriora veniamus. dic, si potes, de œuo, de mundo, de tempore, de generatione. quæ est tandem anima animæ mundi? quæ rerum origo? quæ perseuerantia? quæ mundi fabrica? quæ forma? quis ordo? motus? vita? mors? quæ tandem restauratio? Dic, quæ bonis expectatio melior: cum potestate tantùm sint, habeantque essentiam imperfectam? Ecquónam imperfecta? multa? mista? singularia? ipsa etiam animarum instrumenta? quid? Lunæ quæ lineamenta sint potésne dicere? cur eius nascentis, aliâs hebetiora, aliâs acutiora cornua videntur? dic etiam de mari: si cæruleum ipsum, cur eius vnda pulsa purpurascit? At hîc vocem continues, indicem imperitiæ tuæ, testem ignorantiæ: Vnde illud agnosce,

ſce, amici:

Putabas Deum nullum, præterquam nos
Et chaos hoc, & nebulas, & linguam, tria hæc.

Hinc tuus ille, quem hîc etiam in vnguentis vix ferimus, Plato, tibi quidem alioqui deuinctiſſimus, de naturæ rebus ſermonem inſtituens, non te, vt aliâs ferè ſemper, ſed Timæum Locrum diſſerentem inducit. Soc. at in cœlum ſcandere nõ valebam: proinde illa, vt vana ſemper contempſi: proinde philoſophiam eiuſmodi rebus intentam, & hoc ipſo in cœlum aſcendere meditantem, reuocaui, & in domos, ciuitateſque deduxi.

THAM. O dementiam incredibilem, & eorum quæ Dei ſunt ignorantiam! quid igitur tibi & Deo? Nihil ergo eorũ quæ pulchra, & bona ſunt percipere potuiſti, corporis cultor, ac

nequam exiſtens. Anima enim nihil intelligens eorum quæ ſunt, cæcutiens in paſſiones corporis impingit.
SOC. At non ita eſt: quin potiùs quæ de moribus à me profecta ſunt,& inſtituta cognoſce. quamuis enim ſuperiora illa contempſerim: in Reip. tamen adminiſtrandæ formis, & priuatorum vita rectè inſtituenda, ſedulò laboraui. THAM. agnoſco: & inde fuit præclara illa,& ſpecioſa rogatio, de vxorum & liberorum communione: de fundo & facultatibus communicandis: tum etiam de mulieribus,vt vnà cum viris belli munus ſuſtineant. O Literas! o artes! o mores! quæ te vertigo capitis impulit,vt iſta tam inconſideratè præciperes?
SOC. verùm quid iſta probra,probra præſertim laudis & gloriæ plena? án-

non

non erit, ista ratione admirabilis ōnibus inter omnes amicitia? maláque quæ nunc sunt in Reip. administrandæ formis, ex eo certè nasci videantur, quòd non sint omnium omnia communia. dico autem falsorum testimoniorum iudicia, diuitum assentationes, tum etiam lites & controuersias de rerum contractarum fide. THAM. at nihil horum, ô Socrates, propterea quòd non sit bonorum communicatio, sed id ex improbitate contingit. Quid? quòd eos qui bona communicant, magis inter se dissidere videmus, quàm qui seorsim facultates habent? Tibi verò fraudis originem dedit, quòd omni ex parte, atque omnibus modis, vnam esse domum & vnam ciuitatem expedire existimasti. At non ita est: imò verò

isto modo longiùs progressa, ne ciuitas quidem erit. Quid interim opifices à custodibus? Quid præmij qui Magistratum gerent? Qua spe? Quo precio? Absurdum autem esse videatur, facta cum brutis comparatione, eadem studia, eademque munera, cum viris obire mulieres. quid hic ad beluas? Soc. Præterea Magistratus & Reipub. præfectos, ab ijs qui imperio subiecti sunt, differre oportere disserui: quemadmodum ex alia lana stamen, ex alia subtemen fieri videmus. Tham. Equidem me miseret tui. Annon hoc positæ à te vnitati, & communioni repugnat? dic igitur si quid potes, & è tot sophismatis, vnum quod te hinc expediat adhibeto. Sed ista transeant. Insuper, diuinè tibi philosophari videbaris, cùm

cùm, hominibus rationis imperium, cupiditatis & iræ obtemperantiam inculcares. At falsum. neque enim ratio est, quæ vocet ad officium iubendo, aut vetando à fraude deterreat. Imò verò contrà, ratio est, non ira, quæ decipit, quæq; decipitur: & nisi mens adsit, & in regenerationis craterem homines immergantur, frustra rationis commendationi nitentur. Quamuis erunt è nepotibus tuis, quibus fucus ille non possit auelli. quibus tamen, non modò cupiditatis & iræ, sed & rationis etiam obtemperantiam, solius verò mentis imperium, valde suaderem. Ac talis quidem, vt ad te reuertar, Socraticæ politeiæ materia fuerit. Soc. at fuit, quod omnes norunt, vita proba. Tham. erras: nam & otiosam dele-

gisti, non studijs, non arti vacans, non militiæ: nec filijs etiam rectam viuendi rationem demonstrasti: Tum quotum quemque Philosophum, non attigit tua malitia? cui pepercit? esto: populares homines, improbos Sophistas non tulisti: & hoc: (etsi huiusmodi à Censore melius est, quàm ab ipso etiam Sophista notari:) sed quis te furor in Anaxagoram commouit? Soc. an non tamen laudanda temperantia est? Tham. tergiuersaris: at ego, te temperantiam allaturum non putabam. Soc. victum tenuem prætuli copioso. Tham. non: verùm conuiuijs omnibus, vt sapientiæ opinionem dares, affuisti. Omitto nunc suspiciones de puerorum, præsertim Alcibiadis: nosti cætera.

Vnde illud,

Con-

Considera adolescentule, importuna esse omnia
Quæ insunt, voluptatibus si priueris
Puerorum, mulierum, ludorum, obsoniorum,
Conuiuiorum, cachinnorum:
Quale hoc ipsum erit viuere, his si priuatus
fueris.

Imò verò opprobrio adolescentibus te iudice fuisse dicitur, si amatores non haberent. SOC. At hæc sunt Aristophanis, vt dixi: & crimen abfuisse certum est. THAM. At non carent ista reprehensione. SOC. si reprehensione? THAM. At non suspicione. SOC. si illa? THAM. at non saltem exemplo malo. SOC. At patientię nostræ, testis est Xantippe. THAM. non amo nimiũ patientes. SOC. At nudis pedibus incedere solebã. THAM. stultitiæ vana fuit ostentatio. SOC. at sobrius fui, & tota sæpe die, immobilis stare consueui. THAM. Quorsum hæc primùm

ostentatio? an si quis hoc non possit, malus: si nolit, continuò stultus erit? imò verò, laudabilius fuisset ab huiusmodi vanitate temperare. quid deinde? Soc. At, vbi me occultum & astutum paulò antè finxisti, quid est quod minùs cadere in eiusmodi naturam possit, quàm aut hominum aspernari benevolentiam, aut opes nullius esse ducere? Tham. certè nihil: sed nihil effeceris: nec repugnantia de Socrate dici queant. Soc. At constantiam agnosce. quanta enim illa vincula, quibus quidem constantissimè, me iniustè damnatum, astringi ferebam, quanta sunt? Tham. solutionem, ô bone, & libertatem speraſti; vnde interrito vultu videri voluisti, vt qui mortem nihil omninò formidares. Verùm vbi spem nullam reliquam esse

esse videres, infantium ritu, te tuosq; liberos deploraſti. Cæterùm cùm emigrandi tempus adesset, confidentiam quandam præ te ferebas: quasi volens id esses passurus, quod alioqui nolenti, volenti, omninò fuerat ferendum. Soc. At venenum hausi: quod vel ex inflatis, & tumidis adhuc cruribus, videri potest. Tham. Hæc reuera mollities fuit, & imbecillitas: At quantò melius ille,

Nolo virum facili redimit qui sanguine vitã:
Hunc volo, laudari qui sine morte potest.

Frustra ergo te crucias: nihil quod in hæc valeat, afferre queas. Soc. At discipulorum meorum integritas, mei nominis famam à maleuolorum iniurijs vindicabit. Tham. Agnosco Aristippum, dissolutum illum & ebrium: & Platonem, Dyonisio quoque

blandum, tantò priore illo deteriorem, quantò ſanctior ſcilicet habebatur. An non audiſti, vt Dionem, ad Dyoniſij, coniuncti ſui cædem inuitarit? ſi inimicus ille, cur adis? cur pecunias accipis? ſi amicus, cur inſidias paras? Nam quid ego de Xenophonte dicam, molli illo quidem, atque etiam vix viro. Soc. At Antiſthenẽ ſaltẽ agnoſce. Tham. certè: nam & fœminas amauit ille: nullis etiam tyrannis blandus: pecunias & opes, nullius eſſe ducebat: ſolúſque (quod tibi gratiſsimum eſt) Athenienſes in tuæ necis authores incitauit. Idemq; Crati, continentiæ: Zenoni, tolerantiæ: Diogeni tranquillitatis author fuit. At hic priùs ô bone, doctor fuiſſe ſcitur, quàm tuus diſcipulus: nec tecum etiam commorari ſolebat: tu

Athe-

Athenis: ille in Pyræeo. Soc. Vtique me hodie perculisti, ô Thame: cæterùm quomodo ista omnia, sic esse nosti, cùm multis antè seculis è vita discesseris? Tham. si fingo, si mentior, cupio refelli: sin autem ista vera sunt, quid præterea sollicitè labores? aut quî potes interim intueri quæ gesseris? Verùm nec hoc etiam dissimulabo: Antisthenem igitur hûc ipsum, Cratetem illum & Diogenem recognosce. Quamuis præterea quotidianum est, aliquid audire de te, quod in mortalium perniciem dixeris, aut feceris. Soc. at, vt alij calumnientur, Thamus tamen facilior, & æquior esse debebat: tuamque fortasse gratiam, pro meo quodam & certo iudicio repetere possem. Tham. Vnde hoc ô Socrates? Soc. nempe tua

authoritate inductus, nihil in vita scripsi. THAM. calumnia est: neque enim absolutè non scribendū, sed in literarum locū memoriæ studium reponendum esse contenderam. Hic igitur, sua sensa literis commendat: aliquid est: non commendat, sed memoriæ studijs incumbit: Hoc etiam maius. At qui nec hoc, nec illud, nulla hunc ratione probauerim. Quamuis interim, hoc ego Philosophi nō arbitror, authoritate & testibus vti: qui aut casu veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. Argumentis & rationibus oportet, ad facienda impelli & adduci, non euētis, ijs præsertim, quibus non credere liceat. Thamus censuit: quid tum? ratione firmauit: hoc aliud est. quanquam quid ago, qui à Socrate dialectici dignitatem, vt à

Philo-

Philoſopho requiro? Soc. vtique difficilis es, ô Thame. Verùm dic viciſſim iam nunc tu. An non eiuſdem eſt, & bello pacem quærere, & hîc illius artes non contemnere. Tham. certè. Soc. annõ, ſi eaquæ ſunt Reip. adminiſtrandæ formis pernicioſa, animo teneamus: & ea quoque quæ ſalutaria, tenuerimus? Tham. ſic eſt. Soc. & eiuſdem, qui leges malas deprehenderit, & abrogarit, bonas & ſalutares condere? Tham. fortaſſe. Soc. ánnon etiam, eius qui mortis vmbram demonſtrarit; in lucis etiam vmbra ſediſſe, ad eamq; ducere poſſe videatur? Tham. videtur. Soc. an non igitur, eiuſdem Thami eſt qui obliuionis materiam deprehenderit, memoriæ quoque pharmacum exhibere? Atque hoc quidem, me tecum

ab initio agere conantem, impedijt tua noſtræ diſciplinæ ac vitæ expoſitio. Ergo age,& quoniam ex ſenatus conſulto mihi trãſeundum eſſe noſti,

Tu animum magnum
Cõtine in pectoribus: amicitia enim èſt melior,

Et me,ſi placet internuncio, Theutatis inuentis exactæ memoriæ,memoriam excitato. THAM. Egóne vt homini græco, & vano? ſed videro. Nunc eſto vt inquis amicitia melior: Cæterùm vnde tibi perſuaſum eſt, vnde obſecro ſuccurrit, de re propoſita dici poſſe? Si nihil eſt criterij, ſi nihil eſt quod iudicat, nihil etiam ſciri, nihil percipi poſſe conſequitur. Nam reliqua illa opinandi temeritas,

Sacer eſt morbus, & viſus mentitur.

Ergo opinatione, ergo perceptione ſubla-

ſublata, aſſertio retinenda ſit. ſed erubeſcis: Hæc tua fuit ſententia? iſtæ tuæ merces? ex tua inquam officina, nónne? Quid iam eſt, manes in ſententia? SOC. ſi maneo? THAM. nihil igitur de re propoſita dici poteſt. SOC. ſi non maneo? THAM. at non eſt ſapientis mutare ſententiam. quid? an & hoc etiam tuum? SOC. at tu ſaltem reſpice mortales. THAM. ſed flecti & miſereri nefarium eſt: nulla enim in ſapientem cadit perturbatio. Quis eſt iſte pudor? hoc tuum etiam vt video fuit. Verùm fiat ſané quod exigis: faciamque, quod ne in vita quidem facere ſolebam, vt ijs de rebus, quæ doctrina & ratione contineantur, diſputarem: memoriæque memoriam, tot, vt inquis, ſeculis exactæ, te etiam internuncio (ſiquidem

hoc ita vis) in terris excitemus. At erit interim

Tua meßis in herba:

Nec prius quæ dicentur intelliges, quàm cùm Anaxagora, quem transisse etiam audio, in gratiam redieris. Sic igitur accipe.

ALEXANDRI DICSONI ARELII

DE VMBRA IVDICII SIVE *de memoriæ virtute prosopopœia.*

CAP. I.

Obliuio, memoria.

OBLIVIO nequitia est impotentis animi, atque demissi: eademque materiæ soboles prima, potẽtias animi principes dissoluẽtis & attenuantis. Ex quo apparet, non diuinitus, nõ à natura cõtingere: (nescio fortunam) sed in nobis sitam, & nostra spõ-

» te contractam. Nunc enim à cogno-
» scente res ipsa contemnitur: Vnde,
» *Mos est obliuisci hominibus,*
» *Neq; nouisse, cuius nihili sit faciunda gratia.*
» Vnde, nulla sequitur ab horizõte pro-
» gressio, nulla vmbra, subiectum nul-
» lum, nullus ordo, nulla tandem ani-
» matio. Nunc ipsa rei præsens inspe-
» ctio, cogitationis respuit efficientiã.
» Nũc etiam, vt temporis essentiam &
» efficacias omittam, quod omnium
» pessimum est, in ignoratione versa-
» mur. vt seruitutis iniustę genus quod-
» dam esse videatur. Huic contraria
» memoria, potentia quidem illa, &
» actus, & vmbra, remigium est alarum
» animi, corporis ministerio, & sen-
» suum instrumentis expeditum. Huius
» virtus prima est in vmbra boni: alte-
» ra, iudicij (quæ causa etiã præscripti

titu-

» tituli fuit) tenere quæ didiceris, quæ
» ipſe etiam non accepta cogitando
» conceperis.

CAP. II.

De Memoriæ cauſis.

» EST hîc quod poſſis, eſt hîc etiam
» quod in actum educas. potenti-
» am ergo in cauſis agnoſce, agnoſce &
» actum. de hoc aliâs, & ſuo loco. Illa,
» ſi longiùs progrediare, licèt omnis à
» Deo & vno procedat: in triplici tamẽ
» nũc eſto varietate. Nunc enim naturę
» parentis reputamus officiũ: Nunc ſu-
» perûm radios, & efficacias ſentimus:
» Nunc rationis & doctrinę cõſilia ſuc-
» currunt. Etenim naturalis eſt, animis
» noſtris inſita virtutis huius efficiẽtia,
» eaq; ſimul cũ cogitatione nata. Quã
» cùm ante Theutatis inuentum homi-

» nes intuerentur, expreſſerunt illi qui-
» dem: nec erat, vt literas & elementa
» requirerent. poſteà verò, quàm do-
» ctoris illius artibus effectum eſſet, vt
» illum quàm naturam, homines eſſe
» mallent quem ſequerentur, & à quo
» memoriæ præſidium petendum eſſet:
» ſecuta declinatio eſt, defuitque natu-
» ræ induſtria humana. vnde nata tan-
» dem in matrem impietas, & falſa de
» impotenti vena querimonia. Proxi-
» ma eſt à ſuperis potentia, ſed in im-
» pari communione: ſicut ad illos &
» impari animi ſolutione homines con-
» uertuntur. Ex quo tertia & reliqua,
» doctrinæ rationiſque potentia ſecuta
» videatur: quæ latentem alioqui natu-
» ram, euocet atque confirmet: ex illius
» etiam vtero & ipſa euocata. Illius i-
» gitur ope, præceptio, illa, doctrina

„ & ratione nitescit. vt coniurationem
„ istam reputanti, illius, hæc quodamte-
„ nus discipula, quodam alio modo te-
„ nus magistra esse videatur. Quæ cum
„ multis annis, senis illius inuento latu-
„ isset, in Græcia primùm vestra emer-
„ sisse putatur. Imò Chius ille, primus
„ eam inueniſſe & protuliſſe creditur.
„ At falsum: quod & ipse vidisti, dum
„ ab Ægipto, & nostra ętate repetẽdam
„ esse iudicares. Quòd si separetur etiã
„ Ægiptus, nihil tamen effecerit ille.
„ Etenim si Celtarum replicentur ãna-
„ les, & excitentur historiæ, multò an-
„ tè in Druidum schola viguisse reperi-
„ as. valeat igitur, cum suis Tindaridis
„ ille. Alij autem, vt elegantiores sci-
„ licet videantur, & artem hic nullam
„ esse, ridendo persuadeant: malle se,
„ quæ vellent obliuiſci, quàm memi-

» nisse respondent. De homine dicunt
» aliquid: non repugno: & ista est for-
» tasse digna misero, & afflicto senten-
» tia. at de re certè nihil: in qua, quid
» optimum sit quæritur: non quid hic
» aut ille meminisse, aut obliuiscimalu-
» luerit. Ac istæ quidem memoriæ cau-
» sæ fuerint, is ortus, ea propagatio.

Cap. III.

De Memoriæ subiecto.

» ET non sit impudens, qui in im-
» mortalis Dei circo, & ipsa, ca-
» ptum humanum superante luce, vm-
» bræ huius bonitatem & momenta
» quærat? Etenim si suas causas habet:
» si cum materia: si cum tempore: si
» cum appendice: si cum generatione
» & imbecillitate coniuncta: si vtilis &

ipsa

„ ipſa: valeat, & in alijs eſto. Ergo ani-
„ mus ille, qui in ſyderibus errantibus,
„ & inerrantibus ineſt, memoriam ha-
„ bet? aut communis animi virtus, eiuſ-
„ que qui Iouis eſt recordatur? An, quia
„ rerum earum quę in medio geruntur,
„ cognitione non indigent orbium a-
„ nimi: idcirco ne recordationis etiam
„ remigijs egebunt? At cognoſcunt, in-
„ quis, quæque geruntur à ſingulis diſ-
„ penſant. Verum fortaſſe, ſed alio mo-
„ do: ſola quippe virtute, quam à pa-
„ tre effectore tulerunt. Nec vnquam
„ inferioris orbis contemplatione pri-
„ uantur: cùm ſit abſentium, ratioci-
„ nantis memoriæ præſentatio. Porro
„ ſi quis hoc quoque percontetur: án-
„ num ſtellarum & orbium animi, die
„ vel menſe, vel anno ſuperiore, ſe ter-
„ ram circuiſſe agnoſcant: Sic accipito.

» Nihil continuum & commutationis
» expers declinationem admittit: In
» die autem, menſe, & anno, declinati-
» onis quædã extrema & veſtigia cer-
» nuntur. Nihil igitur in eo quod con-
» ſtans eſt, heſternum eſſe poſſit. Ve-
» rũ animus humanus, diei pater eſt, &
» menſis, & anni. Atque quemadmo-
» dum qui in itinere eſt, pedis eiuſdem
» veſtigia, varijs terræ partibus impri-
» mit: ſic orbiũ motus in ſuis animis vni
» à nobis quidem in multas partes dis-
» tinguuntur. etenim in cœleſti mundo
» dies vnus eſt, nullæ noctis vices. Qua-
» re ſtellarũ & orbium animi, cognoſ-
» cunt illi quidem quæ dicis: at non in
» tempore: & memoriam cum tempo-
» te coniunctam ſuprà dictum eſt. Ve-
» rùm pergis adhuc, & orbium, inquis,
» animi in homines intuentur: ex quo

fortaſſe

» fortaſſe eoſdem noſtri memores eſſe
» ſequi poſſit: proindeque in ijs memo-
» riam vigere. At quale eſt hoc? intu-
» entur: ergo etiam memoriæ partici-
» pes erunt. imò contra eſt: neq; enim
» quæ intuemur, recordatione recoli-
» mus: ſed abſolutè cognoſcimus. Ex
» quo apparet, facta nobiſcum compa-
» ratione, quod agis contingere nullo
» modo poſſe. Quod ſi fiat autem cum
» ipſa etiam luce cõtentio, tale erit eo-
» dem modo, propter eas quas ferè e-
» tiam diximus cauſas. Ex quibus &
» illud ſimul intelligi poteſt, nec ſingu-
» lorũ animos, vbi ad locum ſibi cog-
» natum aſcenderint, ratiocinantis me-
» moriæ functiones habere: nec vllam
» etiam ad eam rem facultatem: niſi
» fortè iterum

» *Ad Troiam magnus mittetur Achilles:*

» In alijs igitur esto. Quando autem
» eius munus cum corpore, ipsamque
» cum tempore coniunctam esse posu-
» erimus: Relinquitur quidem certè,
» in solis animantibus, atque ijs qui-
» dem animantibus, quę temporis sen-
» sum habent, virtutis huius potentias
» inesse. Atqui si tempus numerus est:
» & solus homo natura factus ad nu-
» meros subducendos: quid moror
» amplius in brutis?

Cap. IIII.

De Arte.

» ARs igitur memoriæ: ars igitur
» mentis potentia talis esto: nulli
» tamen reliquarum addicta. Etenim si
» in peripheria sedes eius, ecquonam
» modo requiem & actum in centro,

ipsa

„ ipſa præſtaret? Si in hoc, ecquanam
„ ratione ex horizonte tranſmitteret?
„ Sed hoc eſt fortè generalius, & aliâs à
„ nobis accuratiùs excutietur. Nũc tuã,
„ ô bone, prouidẽtiam expendat Ana-
„ xagoras: nunc tibi iudicium dirigat
„ idem (& hoc age memineris) ego te
„ memorem dabo. Nam cùm tria ſint
„ in rerum natura, proſpexiſſe, perſpe-
„ xiſſe, & hæc ipſa reſpicere: quis eſt,
„ qui ſublato aut altero, aut vtroque, id
„ quod non eſt, credo, quodque indi-
„ geſtum eſt, reſpicere ſe audeat dice-
„ re? Hîc igitur ſi inuentionis acumen,
„ ſi diſponẽdi in iudicando ſolertiam,
„ proponi & informari exiſtimas, te
„ certè nequicquam fallis. Neq; enim
„ naturæ rationiſque prudentiam, ſed
„ eius rei vmbram, in reſpicientia tra-
„ dere eſt animo: & eam quidem vm-

» bram,quæ, niſi expedito ſuo corpore
» apprehendi nullo modo poſſit. Neq;
» hoc ſine cauſa dictum exiſtimari ve-
» lim:eſt enim quoddam genus eorum,
» qui ſi artificij noſtri ſtatum audierint,
» nõne tibi protinus videris audire: er-
» góne quæcunque legere, quæcunq;
» ab alijs etiam audire contigerit, in
» promptu mihi ſit recordatione reco-
» lere? quos tamen, hæc ipſa percepiſſe
» præterea, atque etiam perſpexiſſe
» decebat.

Cap. v.

De partibus Artis.

» EX quibus etiam ſi placet, ars hæc
» reſpicientia vocetur. Eius partes
» duæ ſunt, prouidentia & criterium.
» Vt enim qui neque ſerit vitem, neq;
» quæ ſata eſt diligẽter colit:oleũ,ficus,

poma

» poma non habet: Ita niſi res neceſſa-
» rias prouideas primùm, & prouiſas
» etiam colas: fruſtra hîc oleum ſpera-
» bis, & vacuus operam ludes. Poſito
» ergo eo quod recolendum ſit, primò
» quaſi caſtra quęruntur, & delectus ha-
» bentur: tum verò acie inſtructa, mi-
» litibusque confirmatis & animatis,
» quid præterea quiſpiã requirat? Sed
» hoc eſt, inquis, memorem eſſe? ánnõ
» prouidẽtia, ánnon fortaſſe criterium
» in iudicandi ſolertia iam antè relega-
» tum eſt? Quid igitur affers? At lu-
» dis in ſuperficie: nec idem vtrinque
» eſt. Etenim rerum ſiue prouidentia,
» ſiue inuentio in rationis inſulam re-
» legata eſt: & potuit fugiendi & perſe-
» quendi quoq; prouidentia, in ciuita-
» tem etiã relegari. at nobis interim in
» vmbris eſſe liceat. Quod de criterio

» verum eſt eodem modo. Ergo pro-
» uidentia prior eſt pars in apparatu:
» eſt autem in ſubiectis & vmbris. Ete-
» nim cùm obliuio & memoria extre-
» ma ſint: & illa tenebris & quaſi mor-
» ti, hæc verô luci ex proportione re-
» ſpondeat: certè vt à tenebris ad lu-
» cem, nulla eſt, niſi per interiectas vm-
» bras patiente natura progreſſio: idem
» etiam hoc loco credere par eſt. Om-
» ne igitur quod ab obliuione in me-
» moriam fertur, per medias vmbras,
» quaſi nũcias, quæ rerum ſpecies tem-
» perent & animæ propinent, feratur
» oportet. Sunt igitur opus vmbræ. vn-
» de & ſubiecta etiam, è quibus ipſæ
» exprimantur agnoſce. Primùm ergo
» de ſubiecti natura & eſſentia: tũ verò
» etiã de delectu & lege: poſtremò de
» vmbris ſimili modo dicendum erit.

CAP.

CAP. VI.

De ſubiectis.

» EST ergo ſubiectum ſinus & rece-
» ptaculum vmbrarum. Hinc po-
» teris quæ audieris, ſed ſola tamen
» quę videris memoriter pronunciare.
» Non ſumus ergo in enunciati extre-
» mis: non in ipſa Hyle: non in re na-
» tura facta & ad ipſam: non in arte fa-
» cta & ad artem relata: verùm in hac
» & illa, facta cum expediendæ con-
» formationis vmbris, quaſi notis & ſi-
» gillis, contentione verſamur.

CAP. VII.

De ſubiecto abſoluto.

» EST autem ſubiectum aliud abſo-
» lutum & principale, aliud adiu-

» uans & quaſi ſocium. illud natura
» ſemper, aut manu abſolutum eſt: hoc
» eſt autem viſionis efficientia plerun-
» que contentum. Cùm ſit autem ipſum
» vniuerſum, & ima tellus, & continens
» hæc aut illa, & politeia, & œconomi-
» ca dimenſio, & partes eius: è proxi-
» mis quidem tribus generibus, abſolu-
» ta ſubiecta pro occaſione aſſumun-
» tur: reliqua illa nec ſunt opus, nec
» vſuuenire etiam fortaſſè queant.

CAP. VIII.

De Adiuuante.

» ADIVVANS eſt, quod abſoluto
» & continenti adiungitur: ad eius
» illud quidem multiplicationem, &
» vmbrarum etiam firmam perceptio-
» nem aſſumptum: Et cùm illud immo-

tum

» tum ſit & fixum: hoc tamen, dum vm-
» brarum animationis materiam præ-
» ſtat, pro earum occaſione mouetur:
» quippe quod earũ vſibus & miniſte-
» rio ſit addictum. Eſto igitur in inter-
» columnio gladius. nũc hic, ſeditioſos
» dum reprimit ille, gladio minax eſto.
» nunc in Remp. dum ſeruos ciet & ar-
» mat Alledius, gladium porrigat. nunc
» innatam, & ex ipſa natura expreſſam
» ſui defendendi legem, inſinuans illa,
» gladium etiam porrigat. nunc nouis
» rebus ſtudentes, gladio luant. nunc
» etiam Aſtræa, gladio inſignis eſto.
» omniſq; adeo hoc loco proſopopœia
» gladij miniſterium admittat. Idemq;
» ſi quando credita, repetenti non pro-
» tinus occurrat vmbra, ab effectis &
» contingentibus, quaſi digito demon-
» ſtrat.

CAP. IX

In Prolepsi.

„ SED exorientur fortasse, quibus
„ adiuuantiũ aliud, in materia, ex eo
„ quod post animationis materiam, ni-
„ hil hîc prętcrea præstet, & designet: a-
„ liud verò mathematicum esse videa-
„ tur. non placet: cur non placeat aliâs
„ ostendemus: id nunc admonuisse cõ-
„ tenti, omnia quidem adiuuantia, ma-
„ thematica nobis videri: non quòd à
„ materiæ cõcretione separata sint: ve-
„ rùm quia præter positi ministerij so-
„ cietatem, subiectorum etiam nume-
„ rum & ordinem designent: & ni desi-
„ gnẽt, frustra hîc assumi videantur. Vi-
„ deris ergo, an & hoc etiam allatæ fini-
„ tioni sit adijciendum.

CAP.

CAP. X.

De delectu ſubiect.

» SIc fuit ſubiecti natura & eſſentia:
» adiuncta ſequuntur, in delectu &
» lege. Sunto igitur primùm è genere
» rerum earum, quę ſub ſenſum cadunt:
» inhærentem inquam, vel extrinſecus
» aſſumptam, ſed vtramque ſenſibilem
» formam admittunto: quamuis inte-
» rim non ſemper ab inſtrumentis, &
» horizonte moueantur. Nam fruſtra
» alioqui repetas, quæ ne effingere qui-
» dem & collocare potueris. Tum ad
» horizontis in aſpectu potentiam con-
» formantor. Vt enim nec eſt vmbra
» lux, neque etiam tenebræ: ita nec in
» his, nec illa ſedes eius. Hìc igitur nec
» nimis illuſtria, ne præfulgenti ſplen-
» dore offendant: nec vehementer eti-

» am obſcura ſunto. Cæterùm, cùm ſint
» vmbrarum receptacula, mediocri &
» modica magnitudine prouidentor ac
» definiuntor. Si quid autem prohi-
» beſſit, ex naturæ præſcribẽtis arbitra-
» tu modificantor. Nam ſi præter mo-
» dum ampla, vix vmbræ ſtatum impe-
» traſſint: anguſta verò, fortaſſe etiam
» repellere videantur. Porro interualla
» mediocria, & parallela ſunto: idque
» vt opportunè ſuccedat, cogitationis
» apparatum adhibento. Mediæ autem
» areæ, quaſi abolitæ, deletæque ſunto.
» Tum diſſimili forma, diſſimili etiam
» natura, ſimilitudinis inſolentiã amo-
» uento: naturæ autem in varietate ſo-
» lertiã exprimunto. Ex ordine (ſi quid
» aliud,) aſſumuntor: is autem ordo,
» quo ſeciùs, quoto quoque loco, quic-
» que poſitum ſit prouideas, vitio care-

» to. Ab vmbris omnia patiuntor, &
» afficiuntor: idque vt fiat, absoluta om-
» nia, socijs illis, & adiuuantibus, quasi
» custodijs, insignita sunto. Quæ au-
» tem illorum fidei credentur, hæc ip-
» sa custodiunto: si cogitatio creue-
» rit dimittunto. In viciniam ne digre-
» diuntor. At in suas quasi tribus distri-
» buuntor. Tribuum autem præfecti &
» principes, ex lunæ mansionum ima-
» ginibus assumuntor. decemuiratum
» perpetuum exercento. suas in singu-
» lis stationibus cathenas aureas proui-
» dento. Hæc autem omnia vt mane-
» ant, & hærere possint, qui volent ob-
» seruanto. Qui operæ suæ præcium
» requirent, diligenter & accuratè cen-
» sento.

CAP. XI.

De Vmbris.

» SIc igitur ſubiecta dimenſa atque
» deſcripta ſunto: nunc autem ad
» vmbras ſimili ratione tranſeamus.
» Eſt igitur vmbra, efficta rei ſpecies
» credita ſubiecto, ad firmam illa qui-
» dem perceptionem aſſumpta. Et ſpe-
» cies quidem, non quà in mente pri-
» ma, hæc etenim lux eſt, atque eadem
» ſemper: nos quęrimus vmbram, eam-
» que quæ gignitur. Non quà in cœlo
» & ſempiternis ignibus illis, aut perio-
» do cœli: non quà in ſe, eóue quod
» procreat, aut ipſo etiam euentu. Po-
» ſtremò, neq; quà in virtutis huius ho-
» rizõte mouetur. ſed quà ſenſus appa-
» ratu, & cogitationis lima polita eſt.
» Huius fidei res ipſa creditur, hęc ipſa,

ſubiecti

» ſubiecti. Atque quemadmodum ex
» antecedẽte fide (vt Mercurium hunc
» aliquando differentem audiui) conſe-
» quitur intelligentia: & in naturæ ra-
» tioniſque prudentia, ex antecedentis
» poſitione, complexio: ſic ex vmbra-
» rum etiam virtute, negotij ſequitur
» firma & explicata retentio. Nunc
» quibus hæc ardua & deſperata vide-
» tur, aut vana & operoſa fortaſſe ſoler-
» tia: impotentem illi quidem venam,
» hi malitioſam agnoſcant: norintque
» quod explicatum non capias, vel
» inuolutum eſſe tenendum.

CAP. XII.

De ſimplicibus vmbris.

» SVNT autem vmbrarum aliæ ſim-
» plices, aliæ modificatæ: ſimplices
» quidem, rerum earum quæ ſub ſen-

» ſum cadunt : modificatæ concep-
» tuum . Illæ ab horizonte mouentur
» & accipiuntur : Hæ verò in ipſo ſenſu
» gignuntur & effinguntur. Itaque cùm
» de re ſub ſenſum mediocriter caden-
» te negotium eſt : qualis ſit illa, talis
» erit & vmbra . Hic homo hominem,
» Alledius Alledium, & beluam belua
» deſignat . omneſque adeo res quæ
» ſua natura ſub aſpectum, & iſto modo
» cadere poſſint, ſub huius generis vm-
» bris cogitationi traduntur . ſua natu-
» ra dico, quia & ea quoque quæ perci-
» piuntur auribus, & cogitatione, quæ-
» que ab aſpectu abhorrent, & ſub in-
» telligentiam per ſe cadunt, aſpectus
» etiam commendatione, ſed modifi-
» cata, traduntur. vt cæca hæc, & ab aſ-
» pectus iudicio ſua natura remota, ita
» notet conformatio, vt quæ cogitan-
do com-

» do complecti nequieris, quasi intu-
» endo tenere possis. At heus tu, sunt
» & sensibilia fortè aliqua, quæ subie-
» ctorũ in simplici forma recusent offi-
» cium. Et fortè nulla.

CAP. XIII.

De vmbris modificatis.

» HIC IGITVR, si res suam vm-
» bram & propriam non habeat,
» necessitas cogit, quod non habeas a-
» liundè assumere. Ergo cum simplices
» non occurrent vmbræ, bene agi ex-
» istima, si imitata & efficta simulachra
» aut quoquo modo similia afferentur.
» Hæc est illa conformatio: hæ vmbræ
» modificatæ: non quidem voluptatis
» & delectationis causa inductæ: (quod
» in trãslationibus vsuuenire solet) sed

» anguſtijs & neceſſitate premente: vt
» ad ea quoque quæ abſtracta, quæque
» coniuncta ſint, quaſi faciliùs mentis
» oculi ferantur. Quid enim aliud re-
» ſtet, ſi neceſsitate cogaris?

CAP. XIIII.

De modificatarum diuiſione.

» PORRO modificatio alia rerum
» eſt, alia verò in verborum confor-
» matione cernitur. Illa, nunc in abſo-
» lutis eſt, nunc verò etiam in Mathe-
» maticis. Abſoluta ſint, quæcunque
» nullam numeri differentiam ſecum
» afferunt: ſimplicia ſint, coniuncta ſint,
» nihil moror: dum illud in omni hoc
» ſermone memineris, rerum quidem
» abſtractarum, & à ſenſuum iudicijs
» abhorrentium, negotium agi. Siqui-
dem

» dem earum rerum quæ ſub ſenſum
» cadunt, efformatio ſimplex eſt. Atq;
» quemadmodum in illis, à formis ex-
» ternis, vmbras emanare videmus: Sic
» hîc ab internis peti modificatæ forta-
» ſſe debeant. Et certè ſi rerum formas
» veras haberemus, omnis eſſet inde
» euocanda conformatio. nunc cùm
» non habeas, à factis, ſubiectis, & reli-
" qua rationis familia, quaſi pharma-
" cum & præſidium petendum erit.

Cap. XV.

De modificatis abſolutis.

» Atqve hæc quidem rerum ab-
» ſolutarum, ſiue inflexio ſiue mo-
» dificatio, tropus ſanè vocetur: non
» quidem immutandi & transferendi
» verbi, quod orationi ſplendoris ali-

„ quid arceſſat:(quę veſtra philoſophia
„ eſt) Sed quo rerũ quaſi mutuationes
„ adhibentur: cùm quod à ſenſuum in-
„ ſtrumentis abhorret, alterius ſub hæc
„ ipſa cadentis officio creditur. Quæ
„ tamen, non ideo à nobis aſſumun-
„ tur, vt pro impotentibus illis, hæc
„ quidem, quæ rerum earum vicem
„ ſubeunt, proferantur: (quæ veſtræ
„ aſſumptionis cauſa ſola eſt: dum pro
„ proprijs, inflexa illa & modificata
„ profertis.)ſed vt horũ in cogitationis
„ apparatu latentium adiumentis, illa
„ ipſa pro quibus aſſumpta ſint,quęque
„ alioqui complecti nequeas, pronun-
„ ciare poſſis. Ob eamque cauſam,
„ quòd à vobis de verecunda tranſlati-
„ one præcipitur, à nobis quidem ne-
„ gotio flagitante negligitur.Nunc igi-
„ tur,efficiens rei factæ vices ſubit:hinc

patrem

» patrem ſequitur ſua proles. Hinc ma-
» thematicas & elementa, Theutates:
» Pyromantiam, Vulcanus: Hydro-
» mantiam, Nereus: ortum & occaſum,
» Apollo: eamque quæ chirurgia dici-
» tur, Chiron: hinc bella & molitiones,
» Minerua: prouidentiã, Prometheus:
» Epimetheus pœnitentiam præſtare
» poſſit. Nec illud interim te cõturbet,
» quod nec hæc quidem aſpectus iudi-
» cium ferant. ſiue enim corpora ſint, ſi-
» ue corporum expertia: & ſiue cohæ-
» reant, ſiue non: ad ea tamen corpora
» reſpiciendum eſt, quæ ſunt ipſis à ve-
» teribus tributa. Hinc etiam ferramẽ-
» ta, miniſtri, & vectes, molitionem &
» fabricam deſignabunt. ſic dicta, ſcrip-
» ta, omninoque facta omnia, à ſuis au-
» thoribus repetuntur. Nam quid ego
» de materia dicam? cuius in eo quod-

» agimus, vt finis etiam fortaſſe, notior
» opera eſt, quàm vt afferēda ſit. At for-
» ma præterita eſt. certè: ſed vnde, vide-
» ris. Nunc à factis, efficiens & cauſa
» repetitur. Quis vniuerſa diſtinxit?
» quis cœleſtium corporum motus or-
» dinauit? quis omnia procreat, eadem-
» que conſeruat? quis oculos tornauit?
» quis nares perfodit? quis neruos pro-
» duxit & alligauit? quis coſtas compe-
» git? quis cor pyramidatum effecit?
» qualis mater? quis pater, niſi qui non
» videtur Deus? ecce vt ipſum infini-
» tum, incomprehenſum, ab effectis o-
» ſtenditur. Infinita ſunt huius generis
» exempla, vnde, quaſi ex veſtigijs & ſi-
» gillis, Deum ipſum, & æuum, & mun-
» dum, & tempus, & generationem,
» gentium etiam quos diximus deos,
» omniaq; omnino, quæ quiduis effe-

cerint,

» cerint, oportunè repetere posſis.
» Verùm præter hunc primarium effe-
» ctorum vſum, in omnium omnino
» vmbrarum conformatione, factorum,
» ſi intelligis, officium recognoſce.
» Nunc id quod ſubeſt, ad adiuncta in-
» ſinuanda traducitur. Sic huius in prin-
» cipatu, communi vtilitati conſulen-
» tis conformatio regnum dabit: non
» conſulentis verò tyrannidem. horum
» autem paucorum quidem, ſed pluri-
» um vno, eorumque virtute prædito-
» rum, cõformatio, Ariſtocratiam: non
» prædítorum, Oligarchiam affert: ſic
» populi, ad communem vtilitatem
» conſpiratio, Politeiam: ad patricio-
» rum verò contumeliã, Democratiam
» (vt vos quidem diſtinguitis) ſignifi-
» cabit. ſic virtutes, morbi, firmitas, o-
» pes, pulchritudo: eaque quæ his con-

» traria, è ſuis illa quidem ſubiectis ex-
» primuntur. Sic rerum omnium earum
» quæ natura conſtant, proprietates &
» accidentiæ, ab ipſis quaſi præconibus
» enuntiantur. Nunc à rebus adiunctis
» & accidentijs, ſubiecti commendatio
» dependet. ſic ab hirundine, à fabæ ſa-
» tione, cæteriſque ſimilibus, ver habe-
» tur. ſic toga pro pace: ſic arma ac tela
» pro bello ponuntur. Quo loco & il-
» lud etiam obſerua, communes qui-
» dem accidentias, ex alio atque alio
» ſubiecto, alia atque alia, ex voluntа-
» tis tuæ ſententia & arbitratu, poſſe
» proferre. Vt illud interim hîc etiam
» agnoſcas, quod de factorum com-
» munione iam antè dictum eſt. Nunc
» etiam à diſſentaneo lux affertur. Hîc
» in ijs primùm quę ſola ratione diſſen-
» tiunt, ex inſigni, victoriam: parrici-
dam,

» dam, ex latrone venaberis. Tum ijs
» fortè præteritis, quorum vnum mul-
» tis pari ratione videmus opponi: ec-
» ce tibi, vt ex hæredibus, testatoris: ex
» eo qui damnum dedit, eius qui tulit:
» ex coniuge, mariti: ex socero, gene-
» ri: eiusque qui locat, ex conductore
» memoria reportatur. Hic, si Periclis
» memoriam repetes, Anaxagoram re-
» cognosce. Nam & adulter, Hippo-
» lytum: & seruus, libertum: & quod
» calet, frigidum: & qui prodigus, par-
» cum: & qui prudens, idiotam: & qui
» secundis rebus vtitur, calamitosum:
» cœcus, videntem: & sobrius ebrium
» fortasse designet. Ex irrisionis illud
» quidem efficacia, vel materiam oc-
» casione præbente. Nunc in ijs rebus
» quæ comparatione cernũtur: ex mul-
» tis, infinitio: ex Ibice, ventus: ex Æs-

» culapio, Mercurius: ex eo quod ma-
» ius, id quod modicum: & ex modi-
» co, maius poterit effingi. Nam pro-
» portionis officium quis non videt?
» nihilque certè est in rerum natura,
» quod similitudinis aliquando luce nō
» possit illustrari. hîc igitur ille,
» *Os humerósque Deo similis*,
» Deum: hìc amata illa, venerem dabit.
» sic arbor altissimis defixa radicibus,
» quæ nulla vi labefactari possit, virtu-
» tem: sic nauis illa cuius,
» *Nudum remigio latus,*
» *Et malus celeri saucius Africo,*
» *Antennæq; gemant,*
» Remp. malè affectam, & laborantem
» animo commendabit. Sic turbines &
» procellæ, pericula & calamitates de-
» signabunt. Sic si,
» *Fuluum fingatur in ignibus aurum,*
» Sententiam illam (in impetu fortunæ
inspi-

„ inſpicienda eſt fides) exhibebit. At-
„ que hîc quidem fabularum allegoriæ
„ tanti ſunt, vt ea ferè ſola ratione, in
„ ſententijs præſertim, quantum voles,
„ efficere queas. Nunc in diuerſæ qua-
„ litatis rebus, Neoptolemus, Achil-
„ lem: & Socrates, Anaxagoram exci-
„ tabit. debetúrq; tibi gratia pro exem-
„ plo futuro. Poſtremò, vt diſtributionis
„ etiã opportunitates exemplo oſtẽda-
„ mus: ecce tibiæ nuptiales, matrimo-
„ nium: vna turma, equitatum: tectum,
„ parietes, mœnia, earúmq; rerum par-
„ tes, domum, & vrbem intelligi vo-
„ lent. ſic Mercurij, Æſculapij, Pro-
„ methei, Chirones, pro ſapientibus:
„ ſic Calatini, pro ciuibus ornatis, ijſ-
„ démque pauperibus: atque omnino
„ pro ſuis generibus ſpecies aſſumun-
„ tur. Ac iſta ferè ſunt, quæ de rerum

» absolutarum inflexionibus dicēda vi-
» debantur. Nunc res admonet, vt ad
» earum quoque rerum, quas Mathe-
» maticas diximus, conformationes
» transeamus.

CAP. XVI.

De modificatis Mathematicis.

» RES igitur Mathematicæ, cùm ab-
» stractæ sint, & ab omni materiæ
» concretione separatæ, simplices qui-
» dem vmbras proijcere nequirent: nec
» verò etiam superiori ratione inflexas:
» siquidem hîc à nobis numerorum ex-
» hibitio quæritur: cuius rei, ne suspitio
» quidem ex iam dictis poterat oriri.
» Tentetur igitur & hoc etiam à nobis:
» tantæque nuditati, solers impositio
» succurrat. Et quoniam numeri negotium

„ tium agitur, eius primùm, in decurias, „
„ quæ ex Zodiaci ſignorum ordine re- „
„ putentur, eſto diuiſio. Singula autem „
„ orbis huius ſigna, ſingulas decurias, „
„ ex ordine ſortiãtur. Tum verò etiam, „
„ ad digitos in decurijs inſinuãdos, om- „
„ nia quidem ſigna, decem partibus di- „
„ ſtincta & diuiſa ſunto. Erunt igitur „
„ 120. quæ ſi minus ſatisfacere videan- „
„ tur, idem in errantibus etiam, & ima- „
„ giue Draconis Lunæ tentetur eodem „
„ modo: fient 200. quorum vſus in li- „
„ brorum, capitum, cæterorúmque ſi- „
„ milium cenſu, firmáque perceptione, „
„ incredibilis fortè videatur. At occur- „
„ ritur nobis, & quidem à minimè ma- „
„ litioſis. Qualis eſt, inquiunt, iſta præ- „
„ ceptio? Zodiaci ſigna vis aſſumi: aſ- „
„ ſumpta in decem partes ex ordine di- „
„ ſtingui. At quis in Cancro, alijsque

» nonnullis, perſpicuas decem partes
» & differentes inueniat. Quaſi verò
» cancrum pro Cancro, pro Piſcibus
» piſces effingi velim. ſimplicitas eſt.
» quis eſt enim, qui ſignorum vmbris
» ex eo quod dicitur fingendis, Mathe-
» maticum ſe audeat dicere? horum
» igitur vmbrę, non quidem in eo, quod
» iſti ſuſpicantur: ſed in proprijs ipſo-
» rum imaginibus conformentur. Hîc
» etiam, ne quando ſimilitudo fortaſſe
» conturbet, non vnas modò, ſingulo-
» rum ſignorum imagines aſſumi, ve-
» rùm omniũ omnes pro varietate con-
» ſulimus. Quæ autem, & quot ſint iſtæ
» imagines, quæ item errantium, &
» Draconis Lunæ: hoc omnes ſci-
» tis. Ac rerum quidem adumbratio ta-
» lis eſto.

CAP.

CAP. XVII.

De verborum inflexione.

» ERGO, quotieſcunque rem ipſam
» memineriſſe volemus, ſi formarum
» & vmbrarum diligenti notatione vte-
» mur, facilè ea quæ volemus memoriâ
» conſequemur. Reliqua eſt verborum
» inflexio: quo loco etſi

» *Cui lecta potenter erit res,*
» *Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo:*
ET,
» *Verbaq́; prouiſam rem non inuita ſequantur:*

» Tamen & huic etiam parti proſpicia-
» tur: etſi res hæc opinionis potiùs, quã
» ſcientiæ veſtigium videtur. Illud igi-
» tur primùm intelligi par eſt, Plurima
» quidem, ex eorum genere quæ ſub
» ſenſum cadunt, tum verò etiam eo-
» rum quæ non cadunt, eiuſmodi eſſe,
» vt ex ipſis verba quoque neceſſariò

» ſequãtur. Hîc igitur quæ de rebus di-
» cta ſunt, de verbis etiam dicta eſſe pu-
» tentur. Nunc vbi rerum exiſtet inuti-
» lis commendatio, ad omnis quidem
» in voce proportionis, præſertim verò
» coniugationis & originationis, offi-
» cia recurratur. Verùm generalis, in-
» flexionis huius potentia ſubijcienda
» videatur. Primùm igitur, in certis &
» vbique varijs hominibus, 30. elemen-
» torum ſit expedita præſentia: idem ſit
» in ſingulorum effectis proprijs: idem
» in adiunctis. Quibus antè prouiſis,
» atque ita quidem prouiſis, vt prom-
» ptè & expeditè, tot ac talia deſignet
» elementa cum ſuis effectis & adiun-
» ctis Alledius: eodémque modo in re-
» liquis: quid dubitas, ex horum, & il-
» lorum mutuationibus quaſcũq; com-
» poſitiones effingere? Nam pro quar-

tis

„ tis & quintis etiam compoſitionum
„ elementis, quid ratio afferenda ſit?
„ ſiue enim poſtremo, ſiue medio &
„ interiecto loco occurrant, ex geſtuum
„ ſolerti varietate quærenda ſunt. Rur-
„ ſus, pro ipſis etiam elementis, certis
„ corporibus ſeorſim conſtitutis, hiſ-
„ que omnibus, quinque conſiſtentium
„ acceſsione ſpirantibus, eorumque
„ conſiſtentium effectis & adiunctis
„ pro liquidis & finalibus ex ratione
„ prouidentibus: quid hîc niſi mutua-
„ tiones, quid quæſo præterea quiſpiã
„ requirat? hos autem homines, hæc
„ corpora, hæc effecta, hæc etiam ad-
„ iuncta, ſibi quemque ſuo commodo
„ conuenit apparare.

CAP. XVIII.

De Lege Vmbrarum.

» HÆc igitur vmbrarum quasi cõ-
» situra fuerit: Ad legem & adiun-
» cta veniamus. Nam cum ab vnaqua-
» que re, pro luce ingenij, multiplices
» vmbræ produci possint, quod in opti-
» cis corporibus contingit eodem mo-
» do: delectus habendi, & opportuni-
» tas expendenda videatur. Omnes i-
» gitur vmbræ simplices, omnes infle-
» xæ, oculorum primùm commenda-
» tionem procuranto. Si res ita feret, in
» suæ dimensionis specie maneuto: Si
» non feret, ex adiunctis modificantor.
» Cæterùm illustres & acres sunto: id
» autem vt expediatur, nouis quidem,
» aut ridiculis etiã rebus, insignitæ sun-
» to. Ergo egregiam pulchritudinis, aut
» turpitudinis speciem aliquam, ad co-
» gitationis scilicet pulsum, præ se fe-
» runto. subiecta autem in quibus re-

ponen-

» ponentur, perfectè & accuratè ſignã-
» to. vagæ ne ſunto. Semper autem in
» ſubiecta, vel in ſubiectis aliquid quod
» afficiat, & impellat agunto. Inde, ſi
» cogitatio creuerit, exeunto: eadem-
» que reuocante redeunto. cæterùm
» diſſimiles forma, & in varietate ſun-
» to. Quod ſi ab inſtrumentis, ſimiles
» formas ſenſus acceperit, aut ipſe cre-
» aſſit, viſionis opera & officio retrectã-
» tor. Ac de prouidentia quidem ſatis
» ferè dictum eſt.

Cap. XIX.

De Criterio.

» VErvm eſto, ſint prouiſa ſubie-
» cta, vmbræ prouiſæ, prouiſa om-
» nia: Quid deinde? reliquum ſcilicet
» eſt, vt de criterio ſimili ratione dicen-

» dum ſit. At hoc non vno modo dici »
» videtur: nunc enim quo cohærentiæ »
» quæſtio diſceptatur: nunc vitæ ca- »
» non & idea: nunc autem veritatis mē- »
» ſura criterium appellatur. Hoc rurſus, »
» aliud quod iudicat, aliud verò quo iu- »
» dicat, tertium ſecundum quod & ipſa »
» iudicatio. Atque hinc quidem omnis »
» veſtrarum ſcholarum eſt orta diſtin- »
» ctio: Alijs hoc eſſe, & verum quod eſ- »
» ſet inueniri poſſe dicentibus, quales, »
» Parmenides, Anaxagoras, Dioniſi- »
» dorus, alijque permulti. Alijs verò »
» nihil ſciri, nihil percipi poſſe conten- »
» dentibus, vnde tua manauit ignaua »
» diſſimulantia. Alijs tandem dubitan- »
» tibus, Heraclito, Zenophane, Home- »
» ro, Pyrrhone, Democrito: Vnde illud, »
» *Quis nouit autem, an hoc viuere ſit emori:* »
» *An emori ſit hoc quod votamus viuere.* »

Nos

» Nos autem, & eo quod iudicat, & eo
» ſecundum quod exiſtit iudicatio, prę-
» termiſſo, reliquum id quo iudicat, id
» quod iudicat, aſſumamus. atque hoc
» quidem alij in ſenſu repoſuerunt: vt
» ſit ille πάντων χρημάτων μέτρον: alij verò in
» ſola ratione: Vnde illud,

» *Opinioq́, ſacer eſt morbus & viſus mentitur.*

» Et illud,

» ---- *Oportet verò te omnia noſſe,*
» *Tum quidem veritatis ſuaſu facilis accu-*
» *ratam ſententiam,*
» *Tum verò mortalium opiniones quarum non*
» *iam vera fides:*

» Et illud,

» *Ne te Deus, ancipitem iuxta hanc viam cogat,*
» *Iudicare inconſiderato viſu, & reſonãte auditu.*
» *Sed iudices ratione accuratam ſententiam.*

» Alij rurſus, vtrunque ſenſus & ratio-
» nis inſtrumentum acceptarunt. Nos
» autem in eo quod agitur, viſionis &

» cogitationis virtuti & functioni ſubij-
» cimus. quarum rerum fiat apparatu,
» vt quæ ex inſtrumentorum pulſu per-
» cepta, vel ſenſus opera effecta fuere,
» iuſto impulſu in memoriam inſinuen-
» tur. habet etenim cerebrum ſuam
» ſphæram, & diſtinctos orbes, ſenſum,
» viſionem, cogitationem, memoriam.
» atque hæc quidem in centro eſt: in
» horizonte verò ſenſuum inſtrumen-
» ta. Nihil igitur ad centrum, niſi per
» interiectos orbes omnes moueri po-
» teſt. Non igitur, vt inſtrumenta pul-
» ſentur, exiſtit protinus ſenſus & me-
» moriæ complicatio. ex quo criterij
» virtus & acceſſio quæſita videatur.

CAP. XX.

De Methodo.

EST

» EST autem criterium, in metho-
» do, & animatione : methodum
» visio præstat, animationem verò co-
» gitatio. Impulsis igitur instrumentis,
» ipso etiam sensu in subiectis & vm-
» bris impulso: Quid hîc visio ? certè in
» dispositionis iudicatione, tota consu-
» mitur. Cùm autem subiecta, quasi si-
» nus & receptacula posita sint à nobis:
» certè ordinis ista quęcunque ratio, de
» subiectis primùm demonstranda erit.
» Primùm igitur, in subiectis, vna si pos-
» sit idea statuatur, quæ mox in partes
» communes sit distribuenda : Hæ rur-
» sus, in alias minùs communes : illæ,
» in proprias : propriæ, tandem in tri-
» bus secernantur. Et quamuis fortasse
» loci natura pugnare videatur : quid
» est tamen quod impositionis operam
» possit impedire ? Ideam igitur, crede

» ideæ: communia item, communium:
» propria, propriorum: & tribuum, tri-
» bus, obſeruantiæ committe. Inſuper,
» nouas, & tertias, & decimas etiam ſi
» ſit opus, velificationes adhibeto. id
» quod adiuuantium vſibus, & aureæ
» catenæ miniſterio & opportunitate
» conficitur. Atque hac quidem re, nihil
» eſt in hoc omni ſermone fœcundius.
» Nunc reliqua eſt cogitationis in ani-
» matione ſolertia.

Cap. XXI.

De animatione ſiue pulſu cogitationis.

» SED erro fortaſſe: nec eſt, vt cogi-
» tationis operam præterea requi-
» ras. Methodum enim qui teneat, tan-
» tum fortaſſe, quantum volet efficiat:

qui

„ qui non teneat, frustra se vexando,
„ nihil prorsus efficere queat. At fal-
„ sum. Vt enim in negotij nostri propo-
„ sito, sicut in alijs rebus omnibus, plu-
„ rimum possit ordo: at quod possit, ar-
„ tificij nostri est: & omnia tamen pos-
„ se valde negauero. Quod ex orbium
„ Hypothesi repetere licet. Nunc ad
„ animationem. Primùm igitur ne dor-
„ miatur in vmbris. Tum facta acria,
„ & circumstantias insignes, superlatio
„ præstet. Non sit autem à natura, ne-
„ que fortè temerè, sed ex voluntatis
„ præscripto iudicatio. Tum verò quæ
„ fient, impulsum & affectus vehemen-
„ tes præ se ferant. inde sequitur nega-
„ tio: hinc, tui in rem ipsam, rei in
„ seipsam, gemina nempe transforma-
„ tio. Hoc est animare: hoc est quod
„ cogitatione perficitur. sic enim in-

» formata cogitatio, materiam defe-
» rens atque tempus, vmbrarum il-
» la quidem ideas & rationes arripit,
» in ipsam intelligentiam pro facultate
» propensa. Ac cùm omnis solertia ad-
» miranda est: tum ea præsertim, quæ
» efficit, vt inanima quæ sunt, quasi vi-
» uere & spirare videantur.

CAP. XXII.

Peroratio.

HABES, ô Sophroniſci fili, de memoria iudicium noſtrũ. Reliqua ſunt in cura, cogitatione, labore. Hinc eſt vt nihil effugiat, atque omne quod erit in re, occurrat & incidat. Hæc igitur præcipuè colenda eſt tibi: hæc ſemper adhibenda: hæc nihil

nihil eſt quod non aſſequatur. At tu, cùm eris in terris, Anaxagoræ, quem non tuliſti, ſatisfacere memento.

Quamuis hæc tota tranſitio mihi ſuſpecta eſt: & hîc fortè aliquid ſub-eſſe poſſit.

* *
*

FINIS.